



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ  
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii [u.a.], 1765**

Titulus XXXIII. De Appellationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)

gula, quod ille, cujus gratia & comodo celebratur actus judicialis, solvat etiam expensas illius actus: si actus fiat utriusque gratia vel petitione, solvit quilibet pro dimidia parte. In quibusdam locis omnes Expensas solvit is, qui petit publicationem sententiæ: huic dein datur regressus ad reficiendas Expensas contra Adversarium, si iste ad illas condemnatus deprehendatur in sententia. Hac ratione sæpe victor fert solus omnes Expensas, quando Adversarius non est solvendo; vel reparationem Expensarum debet novo & pretioso Processu impetrare.

## TITULUS XXXIII. DE APPELLATIONIBUS.

*Conf. Lib. II. Decretal. Tit. 28. & 29.  
In Sext. Tit. 15. in Clement,  
Tit. 12.*

§. 442.

*Appella-* **V**ARIA sunt remedia, quæ executionem Sententiæ impediunt, vel  
*re* su-

---

tioni: imo etiam si appellans de omni in sententia Expensis expresse non conqueratur, Judex tamen Appellationis earum rationem debet habere.

*De Appellationibus.* 565

suspendant, ne transeat in rem judi-  
catam. Ordinarium & communissi-  
mum est *Appellatio*, seu Provocatio  
ab inferiore ad superiorem judicem  
ratione gravaminis per sententiam il-  
lati rite & gradatim facta. Hæc est  
Appellatio Judicialis propriissime di-  
cta: potest enim institui Appellatio  
etiam ab alio gravamine, tam in Ju-  
dicio, quam extra Judicium illato,  
aut inferendo 28.)

§. 443. Appellare regulariter potest *Regulari-*  
omnis, qui se a Judice injuste grava-  
ter licet tum existimat, sive sententia directe *omnibus*  
in eum sit lata, sive præjudicium ex *injuste*  
alterius condemnatione patiat. Non *gravatis*  
recipitur Appellatio eorum, qui jam  
ante sententiam prolatam expresse, vel  
post sententiam tacite Appellationi  
renuntiaverint, non appellando in-  
tra præstitutum tempus, vel approban-  
do sententiam: nec eorum, qui for-  
maliter sunt contumaces; qui tres  
conformes sententias contra se tulerunt;  
qui judicialiter confessi aut con-

N n 3 victi

---

28.) ALEXANDER III. in C. 2. de Appel-  
lat. rejicit generalem Appellationem cu-  
jusdam Abbatis ab Episcopo *super omni*  
*causa, quæ adversus eum aliquo tempore*  
*posset moveri.*

victi per evidentiam Juris aut facti;  
& qui frivole ex futilibus rationibus  
appellant.

*In omni  
causa:*

§. 444. Regulariter in omni causa  
appellare licet. Excipiuntur Cause  
criminales; civiles valde modicæ; i-  
tem saltem quoad effectum suspen-  
sivum, quando agitur de alimentis  
futuris, stipendiis, salariis, mercedi-  
bus famulorum, super aggere, pon-  
te reficiendo, & aliis quæ non patiu-  
tur dilationem: item excipitur cau-  
sa per juramentum voluntarium, aut  
per Arbitrum compromissarium deci-  
sa; causa correctionis Ecclesiasticæ &  
Censurarum, si hæ jam latæ sunt an-  
te Appellationem: si vero appelletur  
ab intentatis minis Censuræ, ligatur  
manus minitantis. Talis etiam com-  
muniter censetur causa Possessionis  
momentaneæ, in qua tamen ex con-  
suetudine plerumque admittitur Ap-  
pellatio: a Sententia interlocutoria  
hodierno Jure Ecclesiastico tunc de-  
mum admittitur Appellatio, quando  
illa habet vim definitivæ, vel dam-  
num infert non reparabile per Appel-  
lationem a definitiva 29.)

§. 445.

29.) Concil. Trid. sess. 13. c. 1. & sess. 24.  
c. 20. de Reformat.

§. 44<sup>c</sup>. Appellare licet a quovis Ju- *A quovis*  
dice, qui intuitu causæ controversæ *Judice.*  
superiorem habet, nec est munitus  
Privilegio de non appellando. In fo-  
ro quidem Ecclesiastico, ab inferiori-  
bus Prælatiſ, qui ſingulari privilegio  
exempti non ſunt, Appellatio in cau-  
ſis Eccleſiaſticis fit ad Episcopum: ad  
hunc tamen non provocatur a Sen-  
tentia Vicarii Generalis, aut Officia-  
lis, ne fiat Appellatio ab eodem ad  
eundem, quia horum Tribunal eſt  
ipſum Tribunal Episcopi. Ab Episco-  
po, vel ejus Vicario Cauſa devolvi-  
tur ad Archiepiscopum, ab hoc ad  
Romanum Pontificem, vel ejus Nun-  
tium. Si Romam deferatur Appella-  
tio, ea introducitur coram Auditore  
Cameræ, qui Jurisdictionem ordina-  
riam habet in ſecunda instantia quo-  
ad omnes Cauſas, exceptis iis, quæ  
pertinent ad Cameram, vel ad Regu-  
lares. Ad Rotam autem Romanam  
immediate recurri non poteſt. Nam  
duodecim Auditores Rotæ, qui olim  
Capellani Pontificii dicebantur, prout  
etiam plura alia Collegia Curie Ro-  
manæ, non poſſunt procedere in Cau-  
ſis, niſi iſſis detur exercitium Juris-

dictionis, per speciale Rescriptum, & Commissionem ipsius Papæ; unde dicuntur habere Jurisdictionem in habitu, non autem in actu, uti notatum supra Tit. 2. de Jurisdictione. Proposita tamen in Auditorio Causa, conceditur sæpe secunda, aut etiam tertia Audientia, ita tamen, ut hæ omnes comprehendantur in prima Instantia. Si per Appellationem ad secundam Instantiam transire pars gravata velit, recurritur ad Signaturam Justitiæ, ut impetretur nova Commissio ad alium Rotæ Auditorem 30.) debent enim multiplicari instantiæ, præsertim si non gradatim, sed omisso medio mox provocetur ad Pontificem.

*Multi Principes gaudent privilegio de non appellando.* §. 446. In foro seculari illimitatum privilegium de non appellando habent omnes Electores Germaniæ vi Aureæ Bullæ

30.) Ne exteri, quibus stylus Curie Romanæ ignotus est, scandalum patiantur a tot millenis foliis, diversa principia, & contrarias Conclusiones continentibus, quibus Rotæ Romanæ nomen præfigitur, legi meretur Card. DE LUCA Relat. Cur. Rom. discurs. 32. SCACCIA de Judic. Causar. Civil. PETRI RIDOLPHINI Praxis. VANTIUS De Nullit. Sent. ex defect. Jurisd. deleg.

Bullæ Cap. II. non tamen omnes utuntur: non obstante hoc longissimo non usu, posse pro libitu in usum deduci censent aliqui 31.): pro majore autem cautela aliqui Electores, præcipue Ecclesiastici Moguntinus & Trevirensis, nova Privilegia obtinuerunt, vi quorum subditi ab eorum sententiis provocare non possunt, nisi in casu denegatæ Justitiæ. Elector Colonien- sis observat conventiones cum Stati- bus Provincialibus initas 32.). Ele- ctor Bavarus & Lunæburgensis sibi de illimitato Privilegio prospexerunt in ipsa collatione Electoralis Dignitatis. Brandenburgensis, Saxonicus quoad Provincias Electorales, & Palatinus quoad Palatinatum inferiorem ad Rhe- num, utuntur antiquo Privilegio ex aurea Bulla. Nuperime autem Anno 1764. idem Privilegium illimitatum ab Imperatore concessum est pro omni- bus Provinciis Electoris Palatini, & Ducis Bipontini. Tenentur tamen hi Electores plura erigere Dicasteria, no-

N n 5      mina-

---

31.) Autor Addition. ad Rumelinum de aurea Bulla. p. 2. Dissert. 2. §. 2. fol. 297.

32.) Vid. Discurs. prælim. ad D. de LU- DOLFF Auctar. 10. seqq.

minatim Judicium Revisorium, ut partes litigantes pluribus gaudeant Instantiis 33.) . Reliqui Germaniæ Principes & Imperii Status fruuntur privilegiis de non appellando limitatis ad certas causas, vel ad certam summam 34.) .

§. 447.

33.) Quæritur, num in Provinciis, ex quibus datur Appellatio ad Cameram, toleranda sit Instantiarum multiplicatio, quæ aliam utilitatem non habet, nisi ut Jurisdictio Imperialis declinetur, & Litigantes multiplicium sumptuum tædio ab ulteriore provocatione ad summa Imperii Tribunalia absterreantur? Negare facultatem statuendi plures Instantias, tutum non est. Universim de utilitate plurium Instantiarum notari merentur verba Ulpiani L. i. ff. de Apellat. *appellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius, nemo est, qui nesciat: quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam corrigat, licet nonnunquam bene latis sententias in pejus reformet: neque enim utique melius pronuntiat, qui novissimus sententiam laturus est.*

34.) Catalogum eorum, qui habent tale Privilegium, exhibet BLUMEN Proc. Camer. tit. 47. de LUDOLF de Jur. Camer. Append. V. recentius autem & exactius in Catalogo Privileg. &c. eidem tractatui adjuncto, idiomate german. anno 1470.



*De Appellationibus.* 671

§. 447. Appellatur autem ad Judicem *immediate* superiorem, ut Provocat o fiat gradatim, nec prætereatur, qui inter Judicem a quo, & Judicem ad quem provocatur, est medius; nullius enim Jurisdictioni præjudicandum, sed subditi suis Judiciis ordinariis relinquendi sunt; nisi forte intermedius Judex Causæ conjunctus & affinis, vel alio suspicionis vitio laboret, aliamve ob causam inhabilis esset, aut causam sponte ad Superiorem remitteret. Cum Camera Imperialis hanc doctrinam de Appellatione gradatim facienda scrupulose observet; incidit ibidem anno 1748. dubium, an Causa, cujus Decisio a Principe Commissariis delata fuerat, devolvi per Appellationem possit *immediate* ad Camera[m], cum videretur intermedius esse Judex, scilicet ipse Princeps, vel ejus Regimen. Quidquid in contrarium moveretur ex doctissimis Autoribus 35.); Praxis tamen Cameralis admittebat tales Appellationes

*Appellatio fit gradatim ad Judicem immediate superiorem.*

---

35.) MEVIO pag. 2. decis. II. LAUTERBACH Colleg. Pandect. lib. 49. tit. 3. quis & a quo appell. §. 2. CARPZOV. lib. 3. Resp. 124.

tiones, quia Commissarii ad definiendam totam causam deputati, censebantur habere Jurisdictionem mandatam, ita ut ipse mandans per alium judicasse censeatur 36.) : proin non ad mandantem, sed ad eum, qui hoc immediate superior est, provocatur 37.) . Non obstante dicta doctrina, in Appellatione ad Pontificem possunt præteriri intermedii Judices ob Sedis Apostolicæ prærogativam & plenitudinem potestatis. Id ipsum concedendum videtur Legatis Pontificiis 38.) : sed in Germania vult Pontifex, ut Nuntii sui non præjudicent consuetis Instantiis Episcoporum. Præterea sicut personæ miserabiles habent forum privilegiatum, ut mox ad summum Tribunal deferre causam suam possint juxta dicta in Tit. de Foro Compet. ita etiam iisdem licebit præterire Judicem intermedium, & mox ad supremum provocare ab infimo.

*Ubi &  
quo tem-  
pore sit  
interpo-  
nenda?*

§. 448. Appellatio de Jure communi apud Judicem gravantem interponi debet

36.) L. I. §. I. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisd.

37.) Illustr. de CRAMER Nebenfund. part. 21. fol. 121.

38.) Ex C. I. de Offic. Legat.

*De Appellationibus.* 573

debet intra decem dies continuos a die illati & cogniti gravaminis, idque vel viva voce & stante pede, seu in continenti vel scripto libello Judici porrecto, vel etiam coram Notario & testibus; nominato etiam Judice ad quem appellatur, ut inferior agnoscat, Appellationem fieri ad legitimum Superiorem: frequens tamen est usus appellandi *ad Judicem quemcunque Superiorem*. In Bavaria opus non est, ut interponatur Appellatio apud Judicem inferiorem: sed intra sexaginta dies insinuatur apud Judicem superiorem, qui hac de re certiore facit inferiorem Judicem, & Acta prioris Instantiæ ad se mitti postulat: ubi proin opus non est, ut petantur Apostoli, seu Literæ, quibus Judex *a quo causam* a se dimittit, attestans, Appellationem esse interpositam, & a se admisam. Imo etiam in aliis Provinciis, præsertim in Summis Tribunalibus Imperii & Romanæ Curiae non habetur ratio Apostolorum, sive negentur, sive dentur dimissorii, aut reverentiales, aut refutatorii. Tempus introducendæ Appellationis apud Judicem superiorem, determinat Judex gravans, vel

vel

vel usus Tribunalium. In Camera Imperiali insinuari appellatio debet intra quatuor menses a die interpositæ Appellationis, ut reliqui sint duo menses, a citatione Reo insinuata ad necessariam deliberationem ac productionem suarum Exceptionum: & hæc ratione verum est, quod in Camera concedantur sex menses ad introducendam Appellationem 39. ). Ad proseguendam vero Appellationem de jure communi etiam Ecclesiastico conceditur annus, & ex causa biennium: causa autem in Romana Curia facile præsumitur: ea igitur allegari, non tamen exacte probari debet. Si hæc fatalia, id est, certa spatia temporis Appellationi interponendæ, introducendæ, & proseguendæ non observentur, Appellatio habetur pro deserta. Tempus autem finiendæ Appellationis dependet plerumque a Judice.

*Appellationis effectus suspensivus:* §. 449. Effectus Appellationis legitime semper est devolutivus, ple-  
fectus surumque etiam *suspensivus*, consistens  
in hoc, quod Appellatio interposita suspendat executionem sententiæ, atque Jurisdictionis Judicis a quo cir-  
ca

---

39. ) Recess. Imp. de Ann. 1654. §. 67.

ca causam, in qua fuit provocatum, ita ut pendente Appellatione nihil sit innovandum, sed quæ intra illud tempus in præjudicium causæ, sive a Judice, sive a parte appellata innovantur, nomine *Attentatorum* veniant, & ante omnia revocanda sint. Hic effectus in Causis non exceptis locum habet, quamprimum aliquis gravatus nuncium Romam mittit Appellationis causa 40.) : majorem favorem merentur illi, qui ipsi ex eadem causa ad Sedem Apostolicam accedunt : nam non tantum nihil interim in præjudicium Causæ innovari potest; sed etiam Pontifex *de Clericis peregrinantibus* constituit, ut isti interim cum omnibus rebus suis debeant esse sub Apostolica protectione securi, quamvis, quando iter arripuerunt, res suas & Ecclesiæ suæ in protectione Papæ expresse non posuerint. Si itaque aliquid ipsis interim ablatum, vel subtractum fuerit, jubet Pontifex omnino restitui, licet ejusmodi res non pertineant ad objectum litis, ac proinde proprie non committatur attentatum. Univer-  
sim enim convenit, ut absentium bo-  
na

---

40.) C. cum causa. 22. de Offic. Jud. deleg.

na sub Principis protectione sint secura 41.)

*Et Devolutivus.*

§. 450. Si vero Sententiæ executio non suspendatur, sed habeat paratam executionem, saltem Appellatio habet effectum *Devolutivum*, ita ut cognoscere de tali causa, & de omnibus ejus accessoriis, spectet ad Judicem appellatum, qui ante omnia cognoscere debet, an Appellatio sit admitenda: si enim fatalia sint elapsa, aut aliud quid obstet, ipse pronuntiabit, se non esse Judicem hujus Causæ, vel Appellationem esse desertam, vel esse frivolam, & ideo ad Judicem inferiorem pro executione remittendam. Si tamen Judex inferior Appellationem minus legitimam admisit, potest quidem Superior Judex, non tamen tenetur eandem refutare & remittere, quia Judex ipse inferior, quantum in se fuit, a se Jurisdictionem abdicavit; & sic decisio totius causæ in Superioris potestatem transfusa est

42.)

---

41.) Formulæ talis tuitionis extant apud CASSIODORUM Variar. lib. 1. Epist. 15. & lib. 7. epist. 39. apud MARCULUM formul. lib. 1. c. 24.

42.) , qui examinatis Causæ meritis ,  
priorem sententiam vel confirmat ,  
pronuntiando , bene esse judicatum ,  
male appellatum ; vel reformat , di-  
cendo , male esse judicatum , bene  
appellatum : nonnunquam partim con-  
firmat , partim reformat inferioris Ju-  
dicis sententiam.

§. 451. Præmissis generalibus de Ap- *Provo-*  
pellatione doctrinis adjungendæ sunt *catio ad*  
quædam observationes circa Appella- *Divinum*  
tiones singulares. Inprimis videtur *Tribunal.*  
statuendum , ab omni humano Judice  
Appellationem competere , cum om-  
nium Judicum supremus Judex sit  
DEus , qui cunctas terrenorum Judi-  
cum sententias , suo æquissimo Tri-  
bunali subjicit : *Justitias judicabo* 43.)  
Hac provocatione utuntur nonnun-  
quam Sancti & Innocentes , plerum-  
que Rei & Impii : ex fine bono , vel  
malo : modo etiam honesto , vel te-  
merario. Proin hanc Appellationem  
nec universim damnare , nec temere  
imitari licet : nec semper contemne-  
re , nec meticolose formidare oportet

O o

44.)

42.) C. 5. de Appell. in 6.

43.) Psalm. 74. v. 3.

*De Judiciis.*

44.) Sapiientissime Concilium Constantiense Appellationem a Joanne Huls ad D. N. Iesum Christum tanquam ad summum Judicem interpositam, *tanquam injuriosam & scandalosam & illusoriam Jurisdictionis Ecclesiasticæ reprobavit* 45.)

*Excommunicatio* §. 452. Loquendo de terrenis Judicibus Ecclesiasticis *excommunicantur in eos, qui* 46.) & *anathematizantur omnes & appellanti* guli cujusque status, gradus seu conditionis fuerint; Universitates vero, *ad futurum Concilium.* Collegia, & Capitula interdiciuntur, ab Ordinationibus, seu Mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium Appellantes, nec non illi, quorum auxilio, consilio vel favore appellatum fuerit. Omitto questionem, an hac excommunicatione ligentur Appellantes ab Ordinationibus seu Mandatis Pontificis, non quia Pontifex est, sed quia est Princeps secularis

---

44.) Exempla & Documenta hujus Appellationis recenset GEORGIUS STEN-  
GELIUS de Judic. Divin. tom. I. C. 37,  
seqq.

45.) Conc. Const. Sess. 15.

46.) In Bulla Cœnæ Domini §. 2.



*De Appellationibus.* 579

ularis 47.)? In controversia circa materias doctrinam Fidei attingentes, Censura hæc pridem lata fuit a PIO II. & JULIO II. demum a MARTINO V. in Concilio Constantiensi. Hujus ultimi Pontificis ordinationem in dubium aliqui vocant, quia illius tenor nunquam in lucem prodiit, & JOANNES GERSON, Concilio illi præsens, in tractatu super hac quæstione scripto, mentionem quidem hujus Bullæ facit, eam tamen se non vidisse indicat, dicens, prohibitionem talis Appellationis reperiri in Bulla, *sicut dicitur*. Item in Dialogo Apologetico, quem scripsit in exilio suo Rattenbergæ in Montanis Bavariæ, de sententia hujus Bullæ interferit verba, *ut asserunt, qui legerunt eam*. Ejusmodi vocibus insistit BOSSUET 48.), veritatem Bullæ in dubium vocans. Sed EMANUEL DE

O O 2 SCHEL-

---

47.) De hac quæstione vid. FERD. DE CASTRO PALÃO part. 6. de Censur. disp. 3. punct. 3. n. 4. seq. BONACINA tom. 3. de Censur. in particul. disp. 1. q. 3. punct. 2.

48.) In Defens. Declar. Gallic. p. 2. lib. 15. §. 27.

SCHELSTRATE 49.) supponit editam esse hanc Bullam in Concilio, & inde argumentatur, ex Constantiensi Concilio nihil inferri posse contra summam auctoritatem Pontificis. Juxta meam opinionem, de Bulla MARTINI V. dubitare non licet, cum Gerson nequaquam ejus existentiam, sed duntaxat ejus decisionem operose impugnet, & accurate referat, quid in ejus Procæmio, quid in Narratione contineatur. Quod autem integer Bullæ tenor non sit adjectus Actis Concilii Constantiensis, ratio esse potest, quia hæc acta edita sunt primum a Concilii Basileensis Patribus, auctoritatis Pontificiæ parum studiosis.

*Exemplaris  
talis Ap-  
pellatio-  
nis.*

§. 453. Appellationes in rebus Fidei a Decretis Pontificum ad futurum Concilium memorabiles, & in multis circumstantiis sibi conformes, leguntur I. Pelagianorum contra Decreta Zosimi Pontificis 50.) in libello misso ad Apostolicam Sedem nomine Episcoporum, qui Pelagii ac Cœlestii damnationi

49.) De sensu & auctoritat. Decret. Conc. Constant. Dissert. 3. C. 4.

50.) De his Decretis Vid. MARIUS MERCATOR edit. Baluz. fol. 130.

tionem subscribere detrectabant. Autor  
ejus libelli, forte Julianus, minatur  
Pontifici: certa sit Sanctitas vestra,  
nos ad audientiam plenariæ Synodi  
provocare 51.). Ad has minas bene  
respondet AUGUSTINUS 52.) his verbis:  
*Istorum superbia . . . hanc etiam gloriam  
captare intelligitur, ut propter illos Orien-  
tis & Occidentis Synodus congregetur: or-  
bem quippe Catholicum, quoniam Domino  
eis resistente pervertere nequeunt, saltem  
commovere conantur.* II. Joannis Huffs,  
qui a Joanne tunc vocato XXIII. dam-  
natus per Synodale Decretum Anno  
1413. 53.), provocavit sæpius 54.).  
III. Lutheri, qui primum a Pontifice  
minus edocto ad Pontificem rectius  
edocendum, dein a Pontifice ad fu-  
turum

003

turum

---

51.) In Appendic. ad tom. 10. S. Augusti-  
ni col. 110. seq.

52.) Contra duas epist. Pelagii lib. 4. c.  
ult.

53.) Apud RAYNALDUM ad ann. 1413.  
& HARDUIN. tom. 8. col. 203. con-  
firmatum a Martino V. ibid. col. 920.

54.) Vid. COCHLÆUS Hist. Hussitarum.  
Provocavit Huff contra Alexandrum  
V. fol. 19. contra Joannem XXIII.  
fol. 23.

582 Sect. 1. Tit. XXXIII.

turum Concilium provocavit 55.)  
IV. Quorundam Episcoporum Gallie  
Anno 1713. contra Constitutionem  
*Unigenitus*. Aliæ Appellationes ut plu-  
rimum non versabantur circa materiam  
Fidei, quod nominatim notatur de  
Magistris Ordinum Mendicantium,  
formulam provocationis ad Concilium  
Generale edentibus 56.) ; & de Ap-  
pellatione Polonorum in fine Concilii  
Constantiensis a Sententia Martini V.  
ad futurum Concilium intra decem  
annos celebrandum 57.). Certe anti-  
quiores Autores, docentes Pontificem  
non esse infallibilem, nec supra Con-  
cilium Generale, ex his suis doctri-  
nis nequaquam inferebant, quod pos-  
sit appellari a Pontifice ad futurum  
Concilium, quæ temeritas necessario  
cederet

---

55.) SLEIDANUS ad ann. 1518 in. fol. 7.  
& 10.

56.) ODERIC. RAYNALD. ad ann. 1471.  
n. 69.

57.) De hac Appellatione videri potest  
Concilium Constant. sess. 45. SCHEL-  
STRATE loc. cit. MARTINUS CROME-  
RUS de Reb. Polon. lib. 18. fol. 280.  
ibi: *Rem novam Legati Regis ausi ad  
Basileense Concilium, quod in decimum  
annum indicebatur, provocarunt.*

*De Appellationibus.* 583

cederet in perniciem Ecclesiæ 58.) .  
Optimo igitur Jure Excommunicatio  
in Bulla Cœnæ fertur contra ejusmodi  
Appellantes.

§. 454. Sicut istæ Appellationes a  
Pontifice, perniciosæ sunt unitati Fi-  
dei, ita etiam Disciplinæ Ecclesiasticæ  
vehementer præjudicant Appellatio-  
nes ab Episcoporum Decisionibus ad  
Tribunalia secularia sub prætextu Ab-  
usus Potestatis Ecclesiasticæ 59.). Vo-  
luit CONSTANTIN. M. ut etiam circa pro-  
fana negotia, a Sententiis Episcopo-  
rum non admitteretur provocatio, uti  
dictum supra ad Tit. de Jurisdictione.  
Cum autem Episcopi nostri harum cau-  
sarum decisionem, nisi ratione tem-  
poralis territorii id sibi competat, fa-  
cile Judicibus Laicis relinquunt, fru-  
stra hoc tempore de illa Constitutio-  
ne Constantini disputatur. Nihilo-

*Appella-  
tio ab E-  
piscopis,  
& eorum  
Officiali-  
libus ad  
Tribunal  
seculare.*

O o 4 minus

58.) Vid. Recueil des quelques Memoires  
concernant les Affaires de la Constitu-  
tion &c. tom. 2.

59.) Vid. Traité de L' Abus par CHAR-  
LES FEVRET : & oppositas Vindicias  
Ecclesiasticæ Jurisdictionis ANTONII  
BADINI ALTESERRA. Spissum Volu-  
men FRANCISCUS SALGADO scripsit  
de Regia Protectione vi oppressorum  
Appellantium a Judicibus Ecclesiasticis.

minus controversia movetur quibusdam Officialibus Ecclesiasticis, nominatim Episcopi Leodiensis & Monasteriensis, qui Jurisdictionem in prima Instantia exercent etiam in Causis Civilibus inter Laicos. An dicti Episcopi Officialibus suis hanc potestatem conferant ex Jurisdictione territoriali in subditos sibi competente; an vero ex antiquis moribus a dicto Constantino M. introductis, nolo decidere. Id ad presentem locum pertinet, quod hodie ab illorum Officialium sententiis inter Laicos in causa profana latis, non tantum prohibeatur Appellatio ad Nuntium Apostolicum, vel Sedem Romanam, juxta Constitutiones Imperii *de non evocando* 60.) : sed etiam Camera Imperialis non velit permittere Appellationem ad Officium Colonensem: quamvis enim iste, utpote Metropolitanus immediate sit Superior intuitu Officialis Leodiensis & Monasteriensis; nihilominus id Camerales solummodo concedunt quoad Jurisdictionem Ecclesiasticam: Juris-

---

60.) Recess. Imp. ann. 1654. §. 164. & Capitul. Imperatorum a tempore Leopoldi.

ditionem autem officialis Leodiensis & Monasteriensis in Causis Civilibus Laicorum, credunt esse mere temporalem, consequenter Causas ab eorum sententiis devolvi ad Tribunal seculare. Unde si aliud fiat, mox per Cameræ Imperialis mandata avocantur Acta, cassantur Processus Appellationis apud Officialem Coloniensem extracti, gravesque poenæ imponuntur Appellantibus ad istum Officialem 61.)

§. 455. Imo etiam Romano Pontifici movetur controversia de Appellationibus ad summam Sedem in Causis Ecclesiasticis. Primatus Romani Pontificis inter Catholicos in dubium non vocatur: an autem inter prerogativas huic Primatui competentes, computari etiam debeat, quod Controversiæ Ecclesiasticæ, potissimum inter Episcopos, vel circa causas, quæ Majores vocantur, tam ex Oriente, quam Occidente ad Papam tanquam supremum Judicem finaliter determinandæ referri debeant, aut primis Ecclesiæ seculis delatæ fuerint, in dubium

*Appellatio ex tota Ecclesia ad Romanum Pontificem:*

O o 5 bium

---

61.) Vid. Differtatio de Jurisdic. Official. in caus. Civil. Wetzlaricæ anno 1724.

bium trahitur, etiam a quibusdam Catholicis, qui negant primis quinque seculis Appellationem talem factam esse. PETRUS DE MARCA Archiepiscopus Parisiensis 62.) dicit a Concilio Sardicensi, seculo IV. celebrato 63.) *Revisionem* tantum in Causis Episcoporum Pontifici Romano tribui, non autem *Appellationem*; & ipsam Synodum Sardicensem vocibus *appellandi* & *provocandi* improprie usam esse, præcipue cum talis Appellatio esset contra Concilii Nicæni Canonem quintum: interpretes autem Græcos Zonaram & Balsamonem, atque Harmenopolum non cepisse sensum Canonum Sardicensium. Eadem mens est GUIELMO BEVEREGIO 64.): sed de concordia doctrina cum hoc Ecclesiæ Anglicanæ Presbytero non multum gratulabitur sibi PETRUS DE MARCA.

*Contra* ) §. 456. Notum est, quanta *variorum* ritate egerint Legati Pontificii in *fragmenta.* concilio Carthaginensi, & quanto assensu

---

62.) De Concord. Sacerd. & Imp. lib. 7. c. 3. seqq.

63.) Can. 4. & 5. in aliis edit. Can. 7.

64.) In Pandectis Canonum tom. 2. Annotat. in Canones Concilii Sardicens. fol. 199. seq.



si Patres Concilii agnoverint auctoritatem Leonis Papæ. Hanc totam potestatem Pontificis allegatus PETRUS DE MARCA 65.) restringit ad auctoritatem faciendæ relationis, qualis usitata erat in Senatu Romano, ubi Consules quoties deliberari aliqua de re usus postulabat, referendi jus habebant; qua ratione totum negotium Senatus-Consulta faciendi erat in eorum manibus 66.). nam S<sup>C</sup>tum. fieri non poterat sine relatione, qua negotium, de quo Senatus consulendus erat, a Consule exponebatur. Exemplum habemus apud TACITUM 67.), ubi magno assensu celebrata sententia Pœti Thraseæ dicitur, *non tamen S<sup>C</sup>tum. perfici potuit, abnuentibus Consulibus ea de re relatum.* Hoc jus relationis paulatim sibi vindicarunt Principes. Augusto quidem unius negotii relatio unoquoque Senatu permessa fuerat; sequentibus Imperatoribus quarta & quinta relatio concessa, id est, licebat de quatuor, aut quinque negotiis

---

65.) loc. cit. lib. 5. c. 8. seqq.

66.) POLYBIUS Histor. lib. 6. fol. m. 460.

67.) Annal. lib. 15. c. 22.

tiis referre 68. ). Ad hanc igitur relationem restringere potestatem Pontificis, conantur quidam absque ulla alia ratione, quam ut inanibus saltem verbis Pontificiam potestatem depri- mant. Hujus loci non est, ut accurate de hac re disputemus: eruditissimi Viri aperte ostendunt, hunc ad Sedem Romanam appellandi morem jam pri- mis quatuor seculis & ante Conci- lium Sardicense viguisse 69. ).

*Rekursus  
ad Comi-  
tia.*

§. 457. Suprema quoque Imperii Tribunalia secularia turbari sæpe con- queruntur suam Jurisdictionem in re-  
ci-

---

68. ) Vid. Notæ ad dict. loc. Taciti ad u- sum Delphini.

69. ) BELLARMIN. Controv. Fidei tom I. de Rom. Pontif. lib. 2. c. 21. seqq. NA- TALIS ALEXANDER tom. 4. Hist. Ec- cles. secul. 4. Dissert. 28. GERARDUS GASTEEL Controv. Eccl. histor. con- trov. 31. CHRISTIAN. LUPUS ad Can. 5. Conc. Sardic. latissime autem in nova edit. toto tomo 8. ubi per quinque Dis- sertationes agit de Gallicanæ & Africa- næ Ecclesiæ, nec non Eutychetis, S. Flaviani, & Theodoretii Romana Ap- pellatione, contra Petrum de Marca, & Paschasium Quesnellum. additum re- cens est novum Volumen de Appella- tionibus Belgicis, Anglicis & Germani- cis.

cipiendis Appellationibus : multi enim perveraces litigatores, sententias & Mandata supremorum Tribunalium, scilicet Judicii Aulici Cæsarei & Camera Imperialis, eludere conantur per Recursum ad Comitiam, qui quidem si in certis causis & debito modo fiat, impediri non potest; sed tamen permitti non debet tanquam remedium ordinarium circa res in Judicio contradictorio cum debita Causæ cognitione conclusas : nam in Camera Imperiali solummodo locum habet Revisio, in Judicio Aulico autem supplicatio ad Imperatorem 70.)

§. 458. In eadem Camera Imperii singularis Constitutio 71.) moderatur Appellationes in Causis Ordinationis Politicæ, circa quas subditi non habent jus aliquod reale; sed solum attendi debet dispositio Magistratus, cui

*An detur  
Appellatio in  
Causis ordina-  
tionis Poli-  
ticæ?*

---

70.) Juxta Instrum. Pac. Osnabrug. Art. 5.

§. 55. Capitulat. FRANCISCI I. & JOSEPHI II. Art. 16. §. 16. Querelas Camera refert Illustr. de CRAMER Nebenstunden part. 33. art. 10.

71.) Recess. Imper. ann. 1654. §. 106. cui Constitutioni utiles observationes adjungit MEVIUS p. 3. decis. 154. & pag. 7. Decis. 306.

cui competit ordinatio eorum, quæ ad bonum publicum promovendum, vel conservandum spectare videbuntur. Ad Causas politicas referuntur omnia illa negotia, quæ in pluribus Imperii Constitutionibus ordinantur sub nomine Reformationis Politicæ 72.). Communis viget opinio, & jam in parcemiam apud Germanos transit, quod in Causis Ordinationis Politicæ non detur appellatio 73.). Sed ne quis tali axiomate abutatur, sciendum est, circa ejusmodi causas facile periclitari jus communitatis, vel privatorum, quo casu fit causa Justitiæ & contentiosa. Magistratui competit Jus bonam Politiam ordinandi: quando autem hæc ex Legibus certam accepit formam, hæc Leges jus tribuunt Civibus aut omnibus, aut quibusdam: si igitur Civibus irrogantur aliqua constituto Juri Politicæ contraria, vel sub obtentu Politicæ jus alicui suum impeditur, non oportet defensionem deesse, neque apud inferiora

---

72.) Sub Carolo V. Augustæ anno 1548.  
sub Rudolpho II. Francofurti anno 1577.

73.) Vid. HERTIUS de Parcemiis Juris  
Germanicis lib. 3. parcem. 38.

De Appellationibus. 591

tiora Judicia, ubi potest gravamen inferri; neque apud superiora, ubi contra illatum gravamen remedium per Appellationem quæritur. Sæpiissime oriuntur controversiæ inter varios mercatores vel opifices, an huic vel alteri classi competat venditio vel confectio certarum mercium: in his causis parum boni publici interest, an pro hac vel altera parte decidatur: plerumque igitur sunt causæ Justitiæ, in quibus Appellatio locum habet, modo attendatur ad receptas ordinationes politicas, vel etiam ad recentiora Mandata, quando boni publici ratio reformationem veteris vel neglectæ politiæ exigat 74.)

§. 459. Annectimus illustrem controversiam, an liceat appellare a Pontifice vel Imperatore *male informato*, ad melius informandum? Exempla talium Appellationum non desunt: & quidem si de Imperatore loquamur, quasdam ejusmodi Appellationes bene receptas, & effectu non caruisse constat

Appellatio a Principe male informato

---

74.) Vid. Ill. de CRAMER Nebenstunden p. 1. c. 4. STRUBEN Nebenstunden p. 3. c. 13. §. 5.

stat 75.) : plerumque autem hi Appellantes cum reprehensione rejecti sunt, & narrante REINKINGK 76.) Anno 1614. Notarius, qui super ejusmodi Appellatione Instrumentum confecerat, officio & privilegio Notariatus exutus fuit. Cum Appellatio ex natura sua ab inferiore ad superiorem fieri debeat, credunt aliqui, Appellationem *irregularem* posse interponi ad eundem supremum Judicem sub formalitate malæ vel bonæ informationis. Fundamentum hujus opinionis desumunt ex Legibus 77.), quæ dicunt, si forte Præses Provinciæ consuluerit Imperatorem, & ad consultationem ejus fuerit rescriptum, superesse jus appellandi adversus Rescriptum Principis: item si quem Præses Provinciæ in Insulam deportandum adnotaverit,

&

---

75.) De admissa tali Appellatione Episcopi Bambergensis & Wirceburgensis a Carolo V. ad eundem Carolum V. mentionem facit SLEIDANUS de stat. Relig. lib. 24. m. f. 453. & 465. seq.

76.) De Regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 9. Aliud rejectæ Appellationis exemplum refert LEYSER Vol. 10. spec. 654. med. 8.

77.) L. 1. §. 1. ff. de Appellat. & L. 1. pr. ff. quando appell. fit. Lex ista translata est in Can. 29. II. q. 6.

& Imperatori scripserit, ut Insulam designet, locum esse Appellationi. Verum Appellationis *irregularis* nomen prorsus est incognitum in jure: nec Leges allegatae intentum probant: illæ enim Appellationem admittunt, quia Judex forte per mendacem Relationem obreptitie vel subreptitie, altera parte non audita, neque causa discussa, Rescriptum Principis obtinuit: unde talis condemnatus *non adversus Principem, sed adversus Judicis calliditatem provocavit*. Non enim omne Rescriptum Principis, sicut nec omne Decretum Judicis, Sententiæ nomen meretur, & in judicati auctoritatem transit. Nos autem loquimur de casu, ubi Imperator, præmissa causæ cognitione, & re omni bene discussa in sacro Auditorio sententiam publicat. De quo casu ULPIANUS 78.) dicit, *stultum esse illud admonere, a Principe appellare fas non esse, cum ipse sit, qui provocatur*. Injuria etiam videtur inferri Imperatori, quasi iste inconsulte sententias suas proferat, tot Proceribus Imperii præsentibus, & Consilia-

P p riis

---

78.) L. I. §. I. ff. a quib. appell. non licet.  
De Judiciis.

riis adhibitis. Tentarunt aliqui ejusmodi Appellationes formare ab Imperatore solo ad Imperatorem & Ordines Imperii simul. Sed hæc Majestatis summæ divisio tolerari in Imperio non potest; nam aliud quæri non videtur, quam ut Sententiæ Summorum Tribunalium eludantur, & Schisma in Imperio excitetur.

*Ad melius informandum.*

§. 460. Cum tamen etiam ipsi summi Judices nihil humani a se alienum agnoscant, possunt vulgares appellandi formulæ ita intelligi, ut contra sententiam Imperatoris, quam aliquis iniquam existimat, instituat & recipiatur Supplicatio ad eundem Imperatorem, qui causam potest novo peritorum examini & judicio subicere. Pro tali autem casu, si Imperator æquitatem supplicationis, & injustitiam Sententiæ agnoscat, posset pro tuenda autoritate sua sequi exemplum PHILIPPI Macedonum Regis. Hic judicio præerat Marchætæ cujusdam, dormitansque non observabat, quibus ille Juribus se tueretur, ideoque eum damnabat: tum exclamante Marchætæ se provocare, Rex iratus, ad quem inquit, provocas? Ad te ipsum ait ille,



*De Appellationibus.* 595

ille, o Rex, si quidem vigilans & attentus audias. Philippus his verbis excitatus, cum perceptis defensionibus sentiret, injuriam Marchætæ fieri, non rescidit quidem sententiam, ne levitatis, aut inconstantia argueretur, sed mulctam reo imperatam de suo persolvit 79.). Quidam minus scrupulosi judicant, utilius esse Reipublicæ ad extinguendas lites unius aut alterius damnum negata appellatione negligi, quam multis calumniantibus januam aperire, cum rarissimi sint, qui se juste reputent condemnatos 80.). Hæc de Appellationibus ab Imperatore male informato ad melius informandum: circa Pontificem idem abusus ubique occurrit in Actis contra Constitutionem *Unigenitus*. Non tamen improbatur modus appellandi Romæ a Sententia Rotali, donec ob-

P p 2 ti-

---

79.) PLUTARCHUS de Apophthegm. Regum.

80.) HEIGIUS Quæst. Jur. part. I. q. 10. n. 16. Fuscè hanc quæstionem examinat CONRADUS AB EINSIDEL de Regalib. c. 2. n. 55. seqq. Videri etiam potest BODINUS de Republ. lib. I. c. 10, DAUTH Junior Miscell. quæst. 2.

tineantur tres conformes juxta superius dicta.

*Remedium Supplicationis.*

§. 461. Hæc de Appellatione sufficiant. Ubi autem ulterior Appellatio contra sententiam non admittitur, concedi solet remedium extraordinarium *Supplicationis*, quod observari solet in Consilio Aulico Imperatoris 81.). Per *Supplicationem* intelligitur humilis petitio, ut Princeps causam in ordinario Judicio decisam de novo examinari curet. Quando Imperator a Sententiis Consilii aulici *Supplicationem* suscipit, Acta revidenda tradit aliis Consiliariis, qui in priori Instantia nec Relationem, nec Correlationem habuerunt. Effectus suspensivus hujus remedii videtur clare probari ex Pace Westphalica: sed prævalet praxis contraria: pars tamen, contra quam supplicatur, cavere debet in casu succumbentiæ de omnibus restituendis, quæ per executionem sententiæ ipsi obvenerunt, ut proin plena sit paritas hujus *Supplicationis* in  
Con-

---

81.) Instrum. Pac. Osnabrug. Art. V. §. 55. Ord. Cons. Aul. Imp. Tit. 5. §. 7. Vid. PFEFFINGER ad Vitriar. tom. 4. lib. 4. tit. 7.

*De Appellationibus.* 597

Consilio Aulico cum Revisione in Camera Imperiali. Revisio hæc est Provocatio, qua Revisores in Visitatione Camerae denominandi, ad sententiam a Camera latam in melius formandam & corrigendam implorantur §2. ). Huic Revisioni æquiparatur Leutera- tio apud Saxones usitata.

§ 462. In Tribunalibus eorum Prin. *Revisio-*  
cipum, a quorum sententiis non datur *nis*:  
Appellatio ad suprema Tribunalia Im-  
perii, institutum etiam est Consilium  
Revisorium: ab hoc non solet con-  
cedi aliud Juris remedium. Si inea-  
tur via gratiæ, supplicando Principi,  
hic non facile concedet novam Acto-  
rum Revisionem, nisi graves causæ id  
exigere videantur. Certe si Consi-  
lium Revisorium sententiam ferat con-  
tra duas priores conformes; ratio hæc  
potest esse exigendi, ut Revisores ex-  
hibeant Rationes decidendi contra  
priorum duarum Instantiarum Judi-  
ces: quibus rationibus ab uno, alte-  
rove impartiali Jurisconsulto ponde-  
ratis, posset Princeps determinare, an  
gratiæ locum velit concedere, & Acta  
novo judicio subicere.

Pp 3

§.463.

§2. ) Vid. BLUMEN tit. 79.

*Nullitas, & Restitutio in integrum.* §. 463. Inter remedia, quæ suspendunt executionem Sententiæ, est etiam querela Nullitatis. Plurimæ nullitates recensentur a VANTIO & aliis: sed hodie in supremis Tribunalibus Imperii & Romanæ Curiae attenduntur potissimum nullitates ex defectu Jurisdictionis in Judice, ex defectu citationis quoad partes litigantes, ex defectu Mandati quoad Procuratorem.

Aliud remedium est Restitutio in integrum. De extrajudiciali dictum est alibi. Contra sententiam non solet admitti, nisi ex novis repertis. Si ex nullo horum remediorum meliorem faciem Causa induat, demum proceditur ad Executionem Sententiæ.

*De Relationibus.* §. 464. Rubrica hujus Tituli in Decretalibus GREGORII IX. mentionem etiam facit *de Relationibus* 83.). Judicis inferioris Relatio, est ad Principem vel Ecclesiasticum, vel Laicum perscripta seu transmissa consultatio, cum de causa dubitans inferior ad cognitionem Principis remittit, vel simpliciter, vel addita opinionis, in qua referens est, explicatione, idque non de

---

83.) De his in Pandectis agit Tit. 1. lib. 49. in Codice tit. 61. lib. 7.

de facto, sed de Jure 84.) Magnus olim erat usus harum Relationum, uti patet ex tot Rescriptis Pontificum in Decretalibus, & Imperatorum in Codice. Poterat id sæpe adscribi ignavia aut timiditati Judicum; sæpe defectui, aut obscuritati Legum. JUSTINIANUS 85.) earum usum retinuerat; dein fere penitus sustulit 86.) Pontificiæ etiam Relationes nunc in desuetudinem abierunt; nisi Judex ea clausula datus sit, ut causam instructam referat 87.); vel conditio causæ talis sit, ut merito referri debeat, & specialiter ad Superiorem, præsertim ad Papam pertineat. In Responsis ad ejusmodi Consultationes Orientis atque Occidentis formandis DAMASUM Papam juvabat S. HIERONYMUS 88.) Unde bene JUSTINIANUS Imperator 89.)

P p 4 refert

---

84.) *Judicibus de Jure dubitantibus Præsides respondere solent.* L. 79. §. 1. ff. de Judiciis.

85.) in Novell. 82. cap. 14.

86.) Novell. 125.

87.) *Ut instructam transmitteret ad nos causam.* C. 45. de Appell.

88.) Ut ipse narrat Epist. II.

89.) L. 7. C. de Summa Trinit. Plura legi possunt apud PETRUM DE MARCA lib. I. c. 10. JOAN. WAMESIUM de Ap-

refert ad Pontificem causam quorundam hæreticorum : nec enim patimur, ut quicquam eorum, quæ ad Ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad eisdem (Romani Pontificis) referatur Beatitudinem, cum ea sit Caput omnium Sanctissimorum Dei Sacerdotum &c.

## TITULUS XXXIV. DE EXECUTIONE SENTENTIAE.

§. 465.

*Executio Sententiae* **PRINCIPALIS** effectus Sententiae, est ipse Executio. Univerſim loquendo, omnis Sententia, quæ valida est de jure, & transit in rem judicatam per lapſum definiti temporis, ſi non ſit ſuſpenſa per Appellationem, vel per Reſtitationem in integrum, poteſt & debet Executioni mandari, regulariter ab eodem Judice, qui ſententiam tulit.

§. 466.

---

pellationibus. ad Rubr. Tituli n. 6. ſeq. item ad c. 68. fol. 456. ſeqq. GONZALEZ ad idem c. 68. SCHILTER. prax. Jur. Rom. Exercit. 1. §. 18. ſeq. Porro de tota materia Appellationum ſingulari volumine pleniffime tractat SIGISMUNDUS SCACCIA.